



Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

An sponsalia voluntate Spondentium venialem, obligationem, vel nullam
continere possint? paragr. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

¹ Sanc. ib. re, notat Sanc. a dummodo non sit contro-
^{n. 9.} versia de validitate sponsalium, aut de suffi-
cientia causæ ad illa dissolvenda; tunc enim
spectaret ad solum Judicem Ecclesiasticum.

obligare sub levi culpa, sic in casu nostro. Ratio Vasquez est, quia ipse putat, obligationem hanc non dependere immediate à voluntate se obligantis, sed ex ipsa promissione, quamvis solum externa; ea enim posita, jure naturæ sequitur in materia gravi gravis obligatio.

Quo tempore implenda sunt Sponsalia?

13. Inquires Secundò. Quandonam est tempus debitum, post quod peccabit mortali-
ter, & modo dicto cogendus est à Justice Sponsus, ad contrahendum actu Matrimo-
nium?

Respondeo , quando advenit terminus
præfixus in sponsalibus (intellige nulla ratio-
nabili causa excusante , quæ fortè superve-
niat , de quibus causis infra) ut , si dictum fuit
ducam te post annum , erit terminus , transacto
moraliter anno , nam trium , vel quatuor die-
rum dilatio , abstrahendo ab alio incommo-
dum sanc.lib. do , non videtur , saltem gravis in hac re.
1. marr. d. 14. Quid si nullus sit præfixus terminus ,

ut si dictum fuit, te dicam? Sanc. b. quem
Diana p. Diana defendit, ait, tempus obligans sub-
mortali, praecinendo ab excusatione forte
superveniente, esse quando alter ex Sponsis
requirat Matrimonium. Pontius d. autem,
quem defendit Aversa, e. esse statim, atque
opportune, & commodè Matrimonium ce-
lebrari potest. Sed profectò facile has senten-
tias conciliabimus, si afferamus, obligari
quidem statim, quia natura promissionis ea
est, ut servetur, quam primum morali, & hu-
mano modo f. potest. At excusari ejusmodi
Sponsos, quoties alter non requirit, cum pos-
sib. oblig. sit; quia tunc judicatur remittere, & non cu-
ffide regul. rare, de dilatione, ut habetur in Textu. g.
Iurie. T.

§. II.

An sponsalia ex voluntate spondentium, vel veniam obligationem parere possint, vel nullam?

*S*alv. b Sanc. i.e. 1. **S**i promittentes sponsalia nolint expres-
d. 4. n. 6. **s**é sub mortali se ab illa obligare, sed
i Vafqu. d. sub veniali dumtaxat, Sanc. b concedit,
d. de mat. non fore obligationem, nisi sub veniali; Ne-
c. c. citi ag- gat Vafqu. i ait enim, semper fore sub mor-
tali. Ratio Sanch. est, quia tota hæc obli-
Pont. li. 2. gatio dependet à voluntate sò obligantis;
mat. c. 12. scuti enim, etiam in voto de re gravi,
m. 12. potest, ex probabilissima lalentia, se quis

2. Ego, qui cum Sanc. & aliis probabilius judico, totam obligationem in quacunque promissione oriri ex voluntate se obligantis, consequenter cum eodem censio, posse sub dicta obligatione levi contrahi hæc sponsalia.

3. Sed erit maximè advertendum cum Aversa, k tunc illa non esse in rigore sponsalia, k Aver. I hæc enim rigorosam, & certam obligatio- c.q. 8. Ver. nem futuri Matrimonii continere debent, *Suadetur* concedunt enim Sponsis, ex sententia probabili, amplexus, & oscula, eademque inducunt impedimentum publica honestatis, qui certe effectus supponunt Spongos habere jus rigorosum ad futurum matrimonium, atque aëc obligationem gravem ad Nuprias, nisi quid rationabile obserbit, contrahendas.

4. Ex eodem principio, quod tota obligatio mensuratur à voluntate promittentis, lequitur, posse sub nulla obligatione, id est, ne sub veniali quidem, sponalia contrahi; quia etiam sic velle possunt promittentes. Verum, quæsto te, quænam sponalia haec erunt nulli obligationi subjecta?

§. III.

*An Sponsalia ex voluntate spondentium contra-
hi possint sub obligatione pena?*

Ubi.

DE ARRHIS, ET PIGNORE.

1. Contra hi ne possunt sponsalia sub obligatione, ut, qui promissis non stat, solvat pœnam aliquam, v. g. aureos centum, vas argenteum, torquem aureum?

2. Respondeo, non posse. Unde, nec de- 1 C. Gem-
beri in utroque foro ejusmodi pœnam sive ma. De
magnum, sive exiguum; &, valde probabili- fpons.
ter, etiam si additum fuisset juramentum. Ra- m Aver.
tio est, quia, licet de jure naturæ id illicitum qu. 8. de
non sit, tamen per sacros Canones, s. prohibe- mat sec. 8.
tur, & si fiat, irrita pronunciatur pœna, unde v. Et qui-
(ut deducit Aversa) irrita, ac nulla redduntur dem.

Aaa z sponsalia